Codices Orientales

Bibliothecæ

Regiæ Universitatis Lundensis.

Dissertatio,

cujus partem secundam,

Consensu Ampliss. Ordinis Philosophorum,

Præside

CAROLO JOH. TORNBERG,

L. L. O. O. Professore,

Pro Gradu Philosophico

p. p.

CAROLUS FREDERICUS JOH. WENSTER,

Scanus.

In Academia Carolina die XIII Junii MDCCCL.

H. a. m. s.

Lundæ,

typis Berlingianis,

MDCCCL.

epitomen redegit. In codicis inscriptione tamen pro Ahmedo, ut apud Hadji Khalifam est, scriptor Ibrahim nuncupatur.

Quod florilegium, e diversis poëtis et prosæ scriptoribus, qui vinum ejusque cultores præcipue tractabant, collectum incipit a: ذكر اسماء الخمر ونعوتها واشتقاقها *commemoratione vini nominum, epithetis, et derivatione,* quæ sectio multa complectitur notatu dignissima. Tum sequitur fol. 48. اخلاق الملوك على الشراب *mores regum ad bibendum,* tum ante, quum post Islamismum viventium. Ultimus, de quo hic mentio injicitur, princeps, khalifa est ille Fatemida el-Qaim-bimrillah, qui anno 423 (1031,2) imperium capessivit, qua ex re concludere fas est, aut epitomatorem ad hæc usque tempora narrationem continuasse, aut ipsum el-Raqiqum, id quod contra Hadji Khalifam facit, tam sero vixisse. Deinde fol. 126 v. novum excipit caput: ظرايف الامراء والوزراء اخبارهم فى الشراب *de Emiris et Veziris eorumque facetis narrationibus inter bibendum.* Post fol. 136 v. منافع الاشربة ومضارّها على مذهب الفلاسفة *utilitates et incommoda, quæ e vini potu proficiscuntur, ad placita philosophorum.* Fol. 150: ذكر ما جاء فى مبادرة اللذات *narratio eorum, quæ e voluptatibus nimis acceleratis oriuntur.* Fol. 154: ذكر من اختار الوحدة والعزلة *memoria eorum, qui solitudinem et secessum præferebant,* et denique fol. 184: ذكر من شرب الخمر حتّى مات من سادات العرب *de iis ex Arabum dominis, qui usque ad mortem vinum bibebant.* Exordium hoc est: الحمد لله ذى الفضل والانعام والجلال والاكرام اهل الطول والمحامد وولى الاحسان والفوايد على نعمة التى لا يحصيها عدد ولا يقوم بجزايها احد الخ

Cod. *arabicus* in octavo chartæ communis foll. 190, versuum 21, char. *africano,* lectu perquam difficili et recentiori exaratus. In legato Sparwenf. 15. [L. O. 29].

V.

كتاب قرق وزير

Liber quadraginta vezirorum, fabula etiam apud nos notissima.

Initium: حمد فراوان وشكر بى پايان اول خالق كون ومكان ورازق انس وجان الله اما بعد روايت اولنور كه پادشاه عدل متين سلطان محمود بر كون وزراسيله صحبتده ايكن Cfr. liber meus: *Codices Arabici, Persici et Turcici Bibl. Regiæ Univ. Upsaliensis,* n. CXI et CXII, quorum huic noster congruit.

Cod. *turcicus* in quarto chartæ communis foll. 160, 15—17 versuum in singulis paginis, char. *neskhi* pessimo negligenter descriptus. Matth. Norberg eum anno 1779 Constantinopoli emit. Legat. Norb. [L. O. 35].

VI.

Tertia et quarta, quæ eadem ultima pars est narrationis fabulosæ de Seifo Dhu-l-Jezen, ab Abu-l-Maalio enarratæ. Inscriptio, quæ in prima pagina legitur, hæc est: الجزء الثالث من حكاية سيف ذو اليزن رحمه الله رحمة واسعة قال الراوى وهو ابو المعالى راوى سيرة ابى الامصار وسايق الماء من ارض الحبشة الى هذه الديار سيف ذو اليزن ابن ذو اليزن ابن جار العلا ابن اسد البيدا ابن ثعلبة العنقا ابن دهيمة الاصنام ابن يس الاحمر ابن ماء المزن ابن قطر الندا ابن سبا الاكبر ابن الحارث ابن الهميسع ابن عبد شمس ابن تاج المتابعة ابن حمير ابن نصر ابن مصر ابن سام ابن نوح عليه السلام وهذا نسب ذو اليزن
Pars quarta incipit in fol. 83:o. Linguam vulgarem, qualem in editione Habichtiana *Mille noctium et unius noctis* habes, sermo ubique redolet.

Cod. *arabicus* in quarto, chartæ communis foll. 177, versuum 22—25 in singulis paginis, char. *neskhi* pinguiori, negligentius exaratus. Tegum. orient. coriaceum. Signatus est: "G. S. F. N:o 9." In legato Sparwenf. 9. [L. O. 23].

VII.

Gulistani Sa'dii Schirazensis exemplar mancum et male habitum, in quo *prooemium* integrum, majorem *primi capitis* partem cum lacuna in medio inveni. Deinde ex initio *secundi* capitis duo modo versus adsunt, cetera autem usque ad paginæ ٨. versum secundum in editione Semeleth desiderantur. Finis tamen hujus sectionis hic exstat. Caput

tertium plenius est, at in parte ejus extrema locus vacuus apparet. In *quarto* vero et *quinto*, usque ad paginæ ١٣٥ versum 17:um editionis citatæ nihil deest. Reliqua vero omnino deficiunt. Cfr. *Codd. Arabici, pers.* cet. XCIII.

Cod. *persicus* in octavo chartæ tenuis, fuscæ foll. 78, versuum 11, chart. *ta'liq* magno ac pulcro exaratus. Possessor inscripsit: "Donum nobilissimi amici Galli Balthazary De Lauzières Moskwæ 1686 au mois de Septb." In legato Sparwenf. 16. [L. O. 30].

VIII.

Centum Alii ibn-Abi-Talib *dicta* arabice cum paraphrasi persica Watwati, poëtæ persici, anno 575 [1177] mortui. Cfr. *Codd. Arabici* cet. LXXVII, 2, et CL.

Cod. *arabico-persicus* in octavo majori, chartæ orientalis vulgaris foll. 18. Dicta Alii, char. *neskhi* grandiori scripta, tres cujusque paginæ versus occupant, quos inter paraphrasis, litteris minoribus exarata, legitur. Quum ita versus tertius illa careret versione, librarius eam margini adscripsit, at modo in sex primis foliis. Margo aureus ac ruber textum ambit. Tegumentum orient. coriaceum. Possessor hanc notam adjecit: "Fi Tunes 1691." In legato Sparwenf. 14. [L. O. 28].

IX.

ديوان حافظ

Collectio poëmatum Schems-el-dini Hafithi Schirazensis Vid. *Codd. Arabici* cet. CLXIV. Hic غزليات *odæ* usque ad fol. 156 procedunt, quas ساقى نامه *liber pocillatoris* excipit. Tum aliquot مقطعات *carmina minora* sequuntur. Initium idem ac Cod. Upsal. CLXIV, finem autem hunc habet:

وله والكاتب

ایزد که دهان گل پراکنده کند   بر خلق جهان ورق پراکنده کند

از لطف وکرم بر آن کس بخشاید   کو فاتحه در کار نویسنده کند

Cod. *persicus* nitidus in quarto, chartæ oriental. communis foll. 177, char. *ta'liq* pulcro, intra lineas rubras exaratus. 17 versus cujusque paginæ in duas columnas divisi sunt. Annus scribendi 1054 [1644,5] ex hac nota librarii, ut mihi videtur, apparet: تمت این نسخه لطیف بالاصحّ ولا نقص بعون الملك الوهّاب فی اواخر شهر رجب المبارك فی دمشق عن ید الحقیر المذنب درویش المولوی علی الشهیر بالحسن الخط خصّه الله تعالی بالعلم الوافر والفضل الزاهر امین فی اربع وخمسین من الهجرة لخیر البشر عم وصلّی الله علی محمد واله الکرام والحمد لله رب العالمین Olim bibliothecæ publicæ, fortasse in Hollandia, fuit, ubi n:o 51 signabatur. Nam in folio primo hæc leguntur: "Ex donatione Clar. ac. Doct. Viri, Dn̄. Theodori Golii, J. U. D. Magni Jacobi p. m. F. natu max. in memoriam parētis (cujus memoría sit in bened.) A:o 1667" et juxta: "Gustavus Peringerus emit Amstelodami anno 1677 a Judæo Josepho de Posna pro 3 imperialibus." Tegument. Orient. ornatius. [L. O. 7].

X.

Insunt: 1) poëma *turcicum* حلیهء رسول *ornamentum propheticum* inscriptum, quod apud Hadji Khalifam, Tom III, pag. 113, الحلیه النبویّة appellatur et a Khacanio anno 1007 (1598,9) esse compositum dicitur. Et sane scriptor in epilogo se خاقانی vocat et idem in hoc disticho finali annum illum etiam indicat:

اولمادین بیلك یدی تاریخ تمام

بو رسالهده تمام اولدی کلام

Cfr. Hammer-Purgstall, *Geschichte der Osman. Dichtkunst*, Vol. III, pag. 139. Initium: بسملیله ایدهلم فتح کلام   فتح اولا تا بو معمای بنام Char *neskhi* minuto et pulcherrimo intra limbum aureum nitide exaratum est. Singulæ paginæ 19 versus continent.

2) Fol. 24. Versio *turcica* libelli arabici قوس نامه i. e. *liber arcûs*

inscripti, quem Abu Sareh Muhammed ibn el-Scheikh Mustafa el-Sirri السرى in urbe Angora انقره, post varia in Oriente atque Occidente itinera, composuit. Explicantur varii Corâni loci et prophetæ effata de sagittis jaciendis. Versio imperante Suleimano, a. 926—974 (1519—1566), facta est. Initium: هزار شكر ومنّت اول عظيم جبارك عظمتنه كيم جهادى الله. A Muhammede ben Jusuf litteris *taliq* minutis eleganter intra lineas aureas descripta cet. Singulæ paginæ 13 versus habent.

Cod. *turcicus* in octávo chartæ orientalis communis foll. 42, tegumento orientali venusto tectus, quondam *Peringero Lilljeblad* fuit. [L. O. 10].

XI.

الجزو الاول من تاريخ الكامل

Excerpta majora et minora ad seriem annorum e primo volumine, quod tunc temporis in bibliotheca regia parisina aderat, historiæ clarissimæ كامل التواريخ i. e. *chronicon perfectissimum* inscriptæ, quam Ibn-el-Athir notissimus condidit. Vid. *Codd. arabici* cet. CCXXVIII. Ut in exemplari archetypi, sic etiam hîc opus el-Tabario falso tribuitur, de qua re cf. *Bibliothèque des croisades par M. Michaud,* Paris 1824, T. IV., pag. XII. Matthias Norberg, cujus dono Bibliothecæ factus est, propria manu librum exscripsit, ut e nota ejus apparet: "Cod. Mss. Bibliothecæ Reg. Parisiensis, continens historiam Chalifarum ab a:o 155 ad a:um 390 Heg; scriptus arabice a Tabari T. 1; descriptus a Matth. Norberg a. 1780."

Cod. *arabicus* in fol., paginarum 318. [L. O. 34].

XII.

Insunt: 1) Apographum Matthiæ Norbergi codicis arabici bibliothecæ regiæ parisiensis, quem ipse sic descripsit: "Codex mss. Bi-

blioth. Reg. Parisiensis, Geographico-Historicus, a **Muhammed Abi Talib** compositus, sed ab initio mutilus. Qui divisus in IX cap. agit in 1:o de figura terræ sphærica, ejusque magnitudine ac parte habitabili, de septem climatum spatiis, montibus, regnis eorumque diversa temperie pro diversitate sui coeli rebus animantibus, inanimantibus magis minusve commoda. Item de præcipuis orbis monumentis, sacris, profanis. — In II:o de septem mineralium speciebus, eorumque generatione, ubi alchemia refutatur, præsertim vero de lapillis pretiosis, diversoque eorum genere, colore, et emolumento. — In III:o de fluminibus majoribus fontibusque miræ cujusdam virtutis, ut etiam de aqua pluviali, ejusque natura. — In IV:o de elementis aquæ in commune, ejusque motu et salsitudine marina. — In V:o de mari mediterraneo et nigro, ut et de utriusque insulis ac finibus. — In VI:o de oceano ejusque præcipuis insulis. — In VII:o de regnis in orientem spectantibus. — In VIII:o de regnis in meridiem vergentibus speciatim de Aegypto. — In IX:o de gentibus varii generis, earumque origine, a Sem, Cham et Japhet, Noachi filiis, ducta, particulatim vero de sectis Christianorum maxime memorabilibus. Descriptus hic a Matth. Norberg a. 1780." E capite nono modo prima verba dedit, et apographum, quod 250 habet paginas, 129 et dimidio foliorum archetypi respondere observavit.

2) الجزء الثاني من النجوم الزاهرة في ملوك مصر والقاهرة *secunda pars historiæ Aegypti, quam Stellæ fulgentes de regibus Aegypti et Qahiræ inscriptam* **Djemal-el-din Abul-Mehasin Jusuf ibn-el-Muqarr Taghri Berdi Atabeki** composuit. Vid. *Codd. Arabici* cet. CCLXII. Hanc, quæ inde ab Ahmedo ben-Tulun usque ad Hafith-lidinallahum procedit, una cum parte tertia, quæ in vita el-Meliki el-Thahir-Bibars Sultani, anno 659 [1260,1] regnō potiti, subsistit, idem MATTH. NORBERG e codicibus regiæ bibliothecæ paris. 748 et 670 descripsit. Paginas 429 hoc apographum complectitur.

Cod. *Arabicus* in fol., legat. Norbergi. [L. O. 34].

XIII.

Initium operis, quod in XI, 2 vidimus, e codice upsaliensi CCLXII a Matthia Norberg ita excerptum, ut prima LVI capita arabice, cetera vero, inde ab archetypi fol. 68, usque ad finem capitis CII, fol. 120, latine daret.

Cod. *arabicus* in fol. paginarum 110. Legatum Norbergi. [L. O. 32 b].

XIV.

كتاب الامامة والسياسة

Liber imperii et gubernationis, i. e. historia Khalifarum inde a Muhammede mortuo usque ad Harunum el-Reschidum defunctum. Annos igitur Hidjræ VIII—CXCV [629—811 p. Chr.] complectitur. Liber etiam in hoc codice Abu-Muhammedi Abd-Allaho Abu-Muslim Ibn-Quteibae, qui exeunte seculo tertio Hidjræ vixit, adscribitur, id quod Pascual Gayangos [*The Muhammedan dynasties af Spain,* Vol. I, Append. p. L sqq], qui alterum codicis exemplar possidet, rationibus idoneis ductus negat, at contendit, scriptorem non multo post Harunum vixisse et opus ejus summis tollit laudibus. Fragmenta haud pauca Nostri Gayangos anglice versa l.l. publici fecit juris, e quibus satis superque patet, in hoc codice *compendium* modo totius inesse. Mos enim apud muslimos mox tulit, libros historici argumenti, præsertim si ambitus essent majoris, in epitomas redigere, idque potissimum factum esse videmus, quum opera, primordia Islamismi tractantia, traditionibus plena, piis cogitationibus nutriendis inservirent. Quod Waqidio aliisque accidit, idem huic contigisse invenimus. Traditiones ubique pie conservatas deprehendes, res autem gestas, nobis maximi momenti visas, aut omnino prætermissas, aut misere truncatas. Ut hanc rem exemplo demonstrem, caput illud, quod l.l. pag. LIII. ”*Musa's interview with*

'Abdu-l-Malek" inscriptum, Gayangos vertit, e nostro codice (fol. 112 v.) totum exscribam:

دخول موسى على عبد الملك

وذكروا انّ عبد الرحمن بن سالم حدّثهم انه حضر يومئذ شان موسى ابن نصير
ودخوله عبد الملك وكانت لموسى يدّ عظيمة عند عبد العزيز قال سالم قال لى موسى لمّا قدمتُ
الشام الفيتُ بها عبد العزيز وكان ذلك من صُنع الله لى فادخلنى على عبد الملك فلمّا رءانى
قال موسى قلتُ موسى قال ما تزال تتعرّض لحيْنك فقلت لِمَ يا امير المومنين قال جُرءتك
علىّ واقتطاعك الاموال فقلتُ ما فعلت يا امير المومنين وما لوتُ جهدى نصحا واجتهادا
قال اقسمتُ لتودّى ديتك خمسين مرّة فقلتُ لِمَ يا امير المومنين فما تركنى حتى اقسم
ثانيا لتودّينى ديتك مائة مرّة قال فذهبت لاتكلّم فاشار الىّ عبد العزيز ان قُلْ
نعم فقلتُ نعم يا امير المومنين فخرجتُ فاعانى عبد العزيز بخمسين الفا واعطيتُ انا
خمسين الفا فى ثلاثة اشهر نجمها علىّ ۞

In aliis locis major etiam differentia apparet. Scriptor, vel potius epitomator, partibus Alidarum favisse videtur. Nomini Alii ubique formula benedictionis usitata adjicitur, quæ ubique apud Muavijjam aliosque Alii hostes omittitur. In Alidarum rebus enarrandis prolixitas quædam etiam cernitur, dum nimia brevitate in fatis aliorum referendis merito offenderis. De *Ibn Quteiba* IBN KHALLICANUM, ed. *de Stane*, I, pag. ٣٥٩ adeas, ubi nihil de hoc opere dictum invenies. Initium:

قال ابو محمّد عبد الله ابى مسلم بن قُتَيْبة نفتتح كتابنا هذا بحمد الله ونقدّس
مبادينا بذكره والثناء عليه لا اله الا هو لا شريك له الذى اتخذ الحمد لنفسه ذكرا
ورضى من عباده شكرا وصلى الله على محمّد الذى أُرسل بالهدى وخُتم به رسل الله السادة
صلاةً زاكية نامية وسلّم تسليما ۞ فصل ابى بكر وعُمر رحمهما الله الخ

Cod. *arabicus* in fol. chartæ orient. vulgaris foll. 189, 24 versuum in singulis paginis, char. *africano* anno 1147 [1734,5] exaratus. Sectionum inscriptiones litteris grandioribus rubris aut atris, vocalibus plerumque additis, scriptæ sunt. Olim *Peringero Lilljeblad* fuit. Tegum. orient. coriaceum. [L. O. 9a].